

## Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

### Litteratura

- L. A. ALLEMAND, *Monasticon Hibernicum*, ed. anglica translata a J. STEVENS, London 1722
- M. ARCHDALL, *Monasticon Hibernicum*, Dublin 1786. Secunda editio revisa, sed non terminata, auctore P. F. MORAN, 2 voll. Dublin 1873/76
- E. C. R. ARMSTRONG, *Irish Seal Matrices and Seals*, Dublin 1913
- W. COBBETT, *History of the Reformation in England and Ireland*, London 1927
- H. Irel. D'ALTON, *History of Ireland*, 2 voll. Dublin 1849
- H. A. T. E. D'ALTON, *History of the Archdiocese of Tuam*, 2 voll. Dublin 1928
- W. H. GRATTAN FLOOD, *The Premonstratensians in Ireland*, in: I. E. R., Dec. 1913 pp. 624/31
- J. F. KENNY, *Sources for the Early History of Ireland*, Columbia Univ. Press. 1929
- H. T. KNOX, *Notes on the Early History of the Dioceses of Tuam, Killala and Achonry*, Dublin 1904
- S. LEWIS, *Topographical Dictionary of Ireland*, 2a ed., 2 voll. London 1846
- J. LYNCH, *De Praesulibus Hiberniae*, 2 voll. ed. J. O'DOHERTY. Dublin 1944
- Ph. O'CONNELL, *The Diocese of Kilmore, its History and Antiquities*, Clonskeagh 1937
- A. O'FLANDERS O. Praem., *Erin*, Nieupoort 1922 (in lingua flandrica)
- IDEM, *The Annals of Lough Key*, *Anal. Praem.* VI 1930 pp. 410/14
- J. WARE (Waraeus) *De Monasteriis Hiberniae* (cap. 26 operis eius „*De Hibernia et de eius Antiquitatibus Disquisitiones*“, London 1654)
- Versio anglica in W. HARRIS, *Complete Works of Sir James Ware*, Dublin 1739/64, II 262/84
- I. E. R. *Irish Ecclesiastical Records*, Dublin 1903 sq.
- Cf. apud Circarias Angliae: Brewer, Grose, Kirkfleet, et maiorem partem editionum P. R. O., praesertim Litteras Papales (P. L.)



ATH MUIGE Ss. Trinitatis

Ath Mugi, -Moighe, Athmoy, Attymas, Killamoy, Killeen

Non longe ab oppido Boyle, in parochia Geevagh (quondam Kilmactranny), in comitatu Sligo, Dioc. Elphin

Prioratus dependens a Loch Ce. Ad annum 1232, ABoyle dicunt de eius fundatione: „Hoc anno per Clarum Elfenensem arcediaconum inceptum est monasterium canonicorum regularium apud Ath Mugi, assumens secum canonicos de Insula Sancte Trinitatis, ita ut conventus Insole Trinitatis utrique serviret monasterio, ut qui in uno anno servirent in uno, alio servirent in alio“<sup>17)</sup>. Ex quo liquet, ibi degisse medio saeculo XIII spectabilem communitatem canonicorum. Postmodum vero hic prioratus non amplius memoratur. Anno 1594 regina concessit Roberto Harrison „the ruined chapel or cell called Killamoye... parcel of the possessions of the monastery of Holy Trinity Loghkee“. Nihil de ea superest.

Litteratura: ARCHDALL 626 — GRATTAN FLOOD 628 — *Fiants. Eliz.* 5877 — KIRKFLEET 158/59 — KNOX 274 — O'CONNELL 247 — WARE 115 — WARE HARRIS 272

BAILE MOR B. M. V.? (St. Owens? LEWIS l. c.)

Anglice Bally-, Ballimore. — Lough Sewdy, Loch Semhidhe, Lochseudi, Lochsewdy. Locsidi alias Villamagna (quod est versio latina nominis gaelici Baile Mor)

Juxta lacum Loch Sewdy in toparchia Rathconrath, Prov. Westmeath, Dioc. Meath.

Problema sat intricatum praebet monasterium hoc. Catalogi nostri omnes norunt tantum: „Ballineval, filia Tuamensis (LW), in provincia Almatana (L.WT)“, S et N 2 dant nomen absque additione; solus H habet: „dyocesis Armacensis, filia Praemonstrati“. In Obituario abbatiae anglicae de Beauchief<sup>18)</sup> invenimus „Berasdum abbatem de Ballimore“. Ceteri fontes Ordinis tacent, et Hugo videtur materiam suam hausisse e Waraeo. Atqui existunt loca varia nominis Ballimore, immo etiam Ballineval (White, o. c., cf. ind) in provincia Ultoniae (Ulster), ergo intra

<sup>17)</sup> Cf. quod diximus hac de re supra in praefatione.

<sup>18)</sup> Hoc necrologium saec. XIII asservatur in Brit. Mus. Cotton MS, Caligula A VIII. Vide de eo supra suo loco apud Circ. Angliae.

finis diocesis vel saltem ditionis metropolitanae de Armagh, sed nullo vestigio suadetur ibi umquam fuisse monasterium.

Ware omnium primus dicit, parthenon Baile Mor fuisse Ordinis nostri, quod vero ex nullo fonte medii aevi probatur. Dioecesis Meath, in qua est situs, reapse pertinet ad „provinciam Almatanam“, quod est certe corruptela pro Armacanam = Armagh. Indicatio duorum catalogorum, Ballineval fuisse filiam abbatae Tuamensis, longe minus distantis a Baile Mor quam Armagh, hanc sententiam Waraci reddit probabilem. Ergo possumus supponere, parthenon Baile Mor esse idem ac Ballineval occurrens in nostris catalogis<sup>19)</sup>. — Archdall praetendit: Baile Mor fuit antiquitus abbatia celtica, dein opulentum monasterium duplex, cuius moniales Ordini Sancti Benedicti, canonici vero Ordini Praemonstratensi adhaeserunt. Fundatum est (vel potius renovatum) anno 1218, a Walter de Lacy, e stirpe normannica in Hibernia occidentali notissima. Swarbrick<sup>20)</sup> dicit, Baile Mor fuisse filiam abbatae Stae. Radegundis in Anglia, nullo fonte attamen allato.

Haec omnia, etsi videantur esse valde contradictoria, tamen partim vera esse possunt. Varias coniecturas fieri possunt: Aut Tuam iam in fundatione sua collocavit ibi moniales suas, quas una cum Steinfeldensibus e Germania fuisse advolatas videtur esse probabile. Moniales autem post reformationem canonice Tuamensis, circa annum 1218 a Praemonstrato peractam, zelo reformatorio factae sunt odiosae, et sibimetipsis derelictae, ad ordinem Cisterciensem transierunt, dum separatim ab illis ibi esset instituta abbatia virorum. Aut Tuam moniales suas initio habuerat in vicinitate, anno 1218 vero misit eas in Baile Mor, simul cum illis instituens abbatiam virorum, quae primo Praemonstrati, dein Sanctae Radegundis paternitati subdita, mox tamen in prioratum videtur esse reducta. Moniales, a reformatibus, ut in Gallia de more, ad extinctionem destinatae, se huic sorti subtraxerunt aggregatione ad Ordinem Cisterciensem, cui eas saeculis XIV et XV revera adhaesisse percrebrae citationes in Litteris Papalibus probant<sup>21)</sup>. Mansit simul cum monialibus, parvus prioratus canonicorum. Utrum hi canonici fuerint O. Praem., an O. S. A., non est certum, probabiliter a primo ordine ad

<sup>19)</sup> WARE o. c. e contra putat Ballineval, quam novit ex Lepaige, idem esse ac Loch Uachtair, quod in catalogis nostris, prioratus dependentes ex principio omittentibus, desideratur. Quae opinio est vix probabilis.

<sup>20)</sup> Vide supra apud Cockersand (Circ. Angliae)

<sup>21)</sup> Cf. quod diximus de hisce omnibus in praefatione. Moniales Praemonstratenses ob Ordine suo derelictae, transisse ad alium, nequaquam est rarum, sed permultis casibus analogis confirmatum.

alterum paulatim transierunt. Certe moniales cum illis numquam formarunt monasterium vere duplex. Tempore Praemonstratensium patres Circariae hoc non toleravissent, et tempore Cisterciensium priorissa agit tamquam sui juris, exercet jus patronatus in varias ecclesias incorporatas, et parochia loci iam anno 1289 spectat ad clerum saecularem<sup>22)</sup>. Has moniales fuisse directas quoad spiritualia a religiosis alius ordinis, non est extraordinarium<sup>23)</sup>. Opinio Mac Fall<sup>24)</sup>, et eum sequentis Grattan Flood, Baile Mor fuisse monasterium duplex Ordinis Sti. Gilberti, est suppositio omni argumento carens. Secundum Grattan Flood, anno 1470 a monialibus derelictum, monasterium datur canonicis Ord. Sti. Augustini. Quod quidem nullo probat fonte, tamen potest consonare veritati. Revera in actu suppressionis, anno 1540, verbum fit, tacito quidem ordine, de „canonicis in Lough Sewdy“ a priore directis. Probabiliter prioratus canonicorum, de quo supra locuti sumus, iam fuerat extinctus.

Anno 1536 solus prior erat domi. Henricus VIII rex post suppressionem intendit ecclesiam huius canonicae, etsi ruinosam, evehi in cathedralem dioecesis. Si umquam factum est, certe ad breve tempus tantum. Attamen cognoscimus ex hoc tentamine, ecclesiam fuisse amplam et spectabilem. Redditus annui in actu suppressionis erant Librarum 26/12. Nihil de monasterio superest.

Litteratura: HUGO I 233 — WAEFELGHEM 19 — ARCHDALL 706/08 — *De Annatis* I 60, 61, 63, 64, 67, 71, 101 — *Fiants Eliz.* Nr. 5495, 6130 — GRATTAN FLOOD 626 — DHGE VI 405 — CDI I 259 — KIRK-FLEET 153 — BREWER, *Letters Henry VIII*, XI 564 — LEWIS I 144 — O'CONNELL 245 — P. L. I, VI/VIII, X, Pet. I cf. ind. — WARE 88 — WARE HARRIS 272 — N. B. WHITE, *Extents of Irish Monastic Possessions 1540/41*, Dublin 1943, pp. 284/85

Abbas et priores (P. L., et Beauchief Obituary)

Berasdus abbas † 29. Apr. 12 . . .	Cornelius O'Casey, prior 1479
Geraldus prior † 1324	Thomas Tuite, prior 1536/40

<sup>22)</sup> Cf. P. L. locis infra citatis.

<sup>23)</sup> Parthenon Cisterciense Swine in Anglia saec. XII stetit sub directione canonicorum O. Praem. de Croxton (vide infra suo loco ap. Circ. Angliae), et asceterium Ictershausen O. Cist prope Weimar, vigore instrumenti confirmationis, dirigendum erat non per monachum Cisterciensem, sed per canonicum regularem Ord. Sti. Augustini (HERMANN, *Kirchengeschichte Thüringens*, p. 113).

<sup>24)</sup> In articulo suo, parum scientifico, citato infra apud Woodburn.

CILL NA MANACH B. M. V.

id est, „ecclesia monachorum“. Extant varia loca, et plura monasteria huius nominis in Hibernia. Anglice: Kilnamanagh. In documentis: Kilinamanach, Kilnamanoch. In catalogis corruptum est in Kelvemenach vel Schelmemenach.

In parodia Downpatrick, in comitatu Galway, Dioc. Tuam.

Ex fontibus ordinis nil erui potest circa hanc domum, nisi certa eius existentia: occurrit namque in omnibus catalogis, etiam in illis, qui abbatias tantum adducunt. Ex quo licet concludi, eam sicuti Ballimore initio fuisse abbatiam. Archdall et Ware eam ignorant, Hugo fatetur se nihil scire. Secundum Grattan Flood fuit prioratus Ordinis nostri, fundatus in loco perantiqui monasterii celtici anno 1260, ab abbazia Enach Duin. Dotatus est a Dominis de Hackett. In taxatione anni 1302 valet 6'8 shillings tantum. In Litteris Papalibus bis nominatur: anno 1399 data est indulgentia pro „Capella Stae. Mariae de Kilnamanach“, quae dependet ab Enach Duin, pro reparatione<sup>25)</sup>. Anno 1428 nova indulgentia conceditur, quia aedes in Cill na Manach „multiplicibus aerumnis sunt in ruinis, libri et suppellectilia ecclesiae non sufficiunt“<sup>26)</sup>. Ex quibus apparet, hunc prioratum versus finem saeculi XIV iam adeo fuisse collapsum, ut nil aliud fuerit nisi cappella incorporata abbatae de Cella Parva, ab uno alterove canonico illius administrata. Dubium est valde, quin post annum 1428 statum suum pristinum umquam recuperaverit, eo magis, quod ipsa abbatia mater eodem saeculo videtur desiisse. Circa annum 1590. bona alienata sunt sub Elisabeth regina. Superest pars ecclesiae.

Vicarius generalis archiepiscopi Tuamensis anno 1650 subsignat tamquam „abbas de Kilnamanagh“. Nisi agatur de alio monasterio huius nominis, absque dubio est merus titulus.

Litteratura: HUGO II 5, 779 (duplicat) — WAEFELGHEM item 134. 272 — GRATAN FLOOD 630 — KIRKFLEET 163/64 — *Fiants Eliz.* 4082 — O'CONNELL 248 — P. L. locis citatis — *Taxatio* 224

DIEULACRESSE Stae. Crucis

Drum Cross, Dun le Cros, Druin la Croisse, Deuleucres, Deulacres. In catalogis occurrit: A. N 2 Diex la Croisse, W: Duix Lacroisse, LHT nomen deturpant in Dinp, Dyex, Duix Lacroisse, Latisse, Lacroille. S et V omittunt. Omnes consentiunt, hanc domum fuisse filiam de Dryburgh et sitam in dioecesi Connor (prov. Ulster, in pago Antrim) — Vitetur confusio cum abbazia O. Cist. Dieulacres in Anglia (Staffordshire)

<sup>25)</sup> P. L. V 268

<sup>26)</sup> ibidem VIII 27

Probabiliter haec domus, cuius existentia est certa, et quidem distincta ab abbacia Carrickfergus-Woodburn, est eadem quae White Abbey (gaelice Mainister Thionn) inter Belfast et Carrickfergus, juxta mare, Dioc. Connor, Antrim.

Abbatia, de qua pauca tantum novimus. Ware, Archdall, Hugo, Grantan Flood et nuper Mac Keown contendunt, Diex la Croisse et Grafergos-Woodburn esse unum idemque. Sed insertio amborum in tot catalogos saeculorum XIII et XIV, et notitia Libri B. M. V. de Dryburgh, duas fundationes hanc abbatiam fecisse in pago Antrim: Carrickfergus et Drum la Croisse non longe distantem<sup>27)</sup>, omne dubium excludunt, quidquid dicant auctores supradicti.

Certum est, in White Abbey extitisse monasterium cuiusdam ordinis candidi. Factum, quod in vicinia eius invenimus coenobia „Black Abbey“ O. S. B., et Grey Abbey O. Cist, et quod nullus ordo albus ibi fuit nisi noster, iam innuit hoc monasterium fuisse Praemonstratense<sup>28)</sup>. De historia eius ceteroquin nihil omnino scitur. Mc Connor supponit anno 1645, has ruinas quondam pertinuisse ad equites Sti. Joannis<sup>29)</sup>, quod omni fundamento caret. Ruinae ecclesiae, longitudinis 38 pedum, et tribus fenestris gothicis ornatae, videbantur in White Abbey ad annum usque 1926, quo ab unione dicta „Orange Field Club“ solo sunt aequatae.

Diex la Croisse, quam ergo putamus esse eandem ac White Abbey<sup>30)</sup>, fundata est probabiliter tamquam prioratus ab abbacia Dryburghensi circa annum 1200. Dotatum est hoc monasterium, sicut vicinum Carrickfergus, absque dubio a familia de Courcy, quod innuit nomen gallo-normannicum „Dieulacresse“. Carrickfergus circa annum 1220, etsi erectum interea in abbatiam, iam declinabat, et non amplius de eo fit mentio praeterquam in catalogis, dum in posterum Dieulacresse videatur fuisse aucta divitiis et dignitate. Occurrit enim tamquam testis ante annum 1257<sup>31)</sup> in actu cuiusdam donationis ab Isaac episcopo Connorensi factae: „Joannes Abbas de Deuleucres“. Anno 1276 „frater Joannes abbas de

<sup>27)</sup> *Liber B. M. V. de Dryburgh*, edd. Bannatyne Club 1847, ad annum 1262, abbas Oliverius p. LXXXVII.

<sup>28)</sup> Notandum est autem, in Hibernia sicut in Anglia Dominicanos fuisse vocatos „Blackfriars“, Carmelitas autem „Whitefriars“. Monasteria mendicantium insuper per abusum ibi saepius vocabantur abbatiae. Sed de existentia Carmelitarum in hac regione nihil scimus, ergo theoria a nobis allata maiorem habet probabilitatem.

<sup>29)</sup> O'LAVERTY III 7

<sup>30)</sup> Idem putant Mc Fall, O'Flanders, Reeves ll. cc., et alii

<sup>31)</sup> Excerpta Waraei ex Registris de Muckamore, Brit. Mus. Add. MSS 4787 fol 93

Deulacres“ factus est thesaurarius Ultoniae<sup>32)</sup>. Anno 1279 Nicolaus episcopus de Down, et Joannes abbas de Deulacres insimul fuerant „receptores“ eiusdem provinciae<sup>33)</sup>. Apparet ex contextu, et ex origine aliorum testium in hisce documentis occurrentium, hic agi de rebus mere Ultonicis, non vero de confusione cum abbacia eiusdem nominis in Anglia, in cuius abbatum serie pro hoc nostro Joanne vix est locus<sup>34)</sup>. Anno 1306, secunda in opulentia post episcopum, in tota dioecesi Connor, taxatur „Abbatissa de Dieulacresse“<sup>35)</sup>. Deinceps non amplius memoratur haec canonia, sed eius loco vicina Woodburn tantum. Probabiliter, ineunte saeculo XIV (inter annos 1306 et 15), cum Robertus Bruce, rex Scotiae, Ultoniam devastaret, Dieulacresse et Carrickfergus sunt deletae, et communitates amborum ante annum 1326 in unam novam abbatiam Woodburn redactae<sup>36)</sup>.

Vide etiam infra apud Woodburn, ubi et invenies Litteraturam.

#### ENACH DUIN St. Joannes Baptista

Enagh Dune, Anagh Dun, Cella Parva. Anglice: Anna-, Annaghadown.

Oppidum, et antiquus sedes episcopalis in comitatu Galway, Connacht. Mariadiacens. Saeculo XV haec dioecesis unita est Tuamensi.

Abbatia, plane ignota fontibus Ordinis, deest in omnibus catalogis. Ware confundit eam cum canonia B. M. V. de Portu Patrum (O. S. A.) in eadem civitate sita, quem sequuntur Archdall et Hugo. Fundata est haec domus exigua probabiliter tamquam prioratus abbatiae Tuamensis, regnante Muirchertach Ua Flaithbhertaigh, episcopo Enachduensi inter annos 1216 et 24. Donatus canonicus Ordinis nostri, probabiliter huius canoniae, relinquit habitum et ordinem ad amplectendum archidiacona-

<sup>32)</sup> Cod. Clarendon ibidem, vol. XLII fol. 17

<sup>33)</sup> ibidem fol. 22

<sup>34)</sup> In Cartulario istius abbatiae anglicae invenimus pro hac nostra epocha: William 1251, Walter de Morton 1272 (*The Cartulary of Dieulacres Abbey*, ed. J. WROTTESELEY, Staffordshire Collections vol. IX, N. S. 1906, cf. ind.)

<sup>35)</sup> Taxatur enim Librarum 41, paulo minus quam episcopus Connorensis. Certe hic erronee stat „abbatisse“ pro „abbatis“, ut iam probat REEVES p. 91.

<sup>36)</sup> Anno 1311 duo abbates Praemonstratenses, scilicet Welbecensis et abbas de „Belacres“, licentiam regis Angliae obtinuerunt itineris instituendi ad Capitulum Generale (*Cal. Close Rolls 1307/13*, pp. 351, 430). Probabilius hoc est nil aliud nisi Dieulacresse (Delacres), cuius abbas forte Praemonstrati licentiam voluit petere ad translationem abbatiae suae dirutae in locum Woodburn. Notandum est. Ultoniam tunc spectasse ad regem Angliae.

tum Enachduensem ante annum 1226<sup>37)</sup>. Primus vel secundus abbas Cellae Parvae erat Thomas O'Malley, filius episcopi et monialis cuiusdam, qui irregulariter adipiscitur episcopatum loci et probabiliter deponitur<sup>38)</sup>. Quae scandala iam in initiis huius abbatiae demonstrant eam fuisse satis inordinatam ab ovo. Forsitan fundatio eius est connexa cum reformatione abbatiae Tuamensis (cf. etiam Baile Mor). Possumus ponere hypothesim sequentem: Pars minus sana canonicorum Tuamensium, innovationes per extraneos illatas aegre ferens, fundavit Cellam Parvam, quam abbatia Sti. Martini Laudunensis deinde studuit reformare. Hoc licet concludi ex facto, quod duo canonici dictae abbatiae saeculo XIII fiunt episcopi Enachdunenses<sup>39)</sup>.

Cill na Manach est filia Cellae Parvae, dein prioratus, et postremo una ex ecclesiis ab ea administratis. Sed et alias ecclesias, ut Foranmore<sup>40)</sup>, et quasdam in ipso oppido Enach Duin sitas<sup>41)</sup> administrare solebat. Valor reddituum annuorum a Litteris Papalibus designatur contradictorie: Ca. 1423: 3 Marcarum (VII 285), ca. 1434:12 (VIII 620), et ca. 1444:20 (IX 128, 513) Taxatio 1302: 10 shillings. Saeculo XV abbatia est valde pauper et collapsa, ideo ut versus finem huius saeculi videatur desiisse. Circa annum 1480 adhuc citatur abbas. Nihil de ea superest.

<sup>37)</sup> De qua re Summus Pontifex ordinat inquisitionem (PRESSUTTI l. c.). Talia scandala, sicut et alterum Thomae abbatis, hoc maturo tempore immo in Circaria Hiberniae omnino erant insolita.

<sup>38)</sup> THEINER p. 27, et 47

<sup>39)</sup> Concors (Connor), probabiliter natione Hibernus, occurrit sub die 22a martii in Necrologio Sti. Joannis Ambianensis (MS 995/III Bibl. Publ. Nancy p. 248). Episcopus factus est anno 1251 (Anal. Praem. IV 182, et LIENHARDT, *Ephem.* p. 177 citant eum sub die 21a Junii tamquam Beatum!). Alter est Arnoldus, qui obiit secundum idem necrologium (MS 992/XVII 153, ibidem) tamquam „episcopus creatus Evectuensis“ anno 1172. Hoc certe est error pro 1272. Anno 1172 enim episcopatus Enachduensis nondum extitit, nec Ordo in Hibernia, et circa annum 1271 nullus alius episcopus in hac dioecesi est notus. Videntur utrique fuisse installati per familiam anglicam de Burgo, qui hoc tempore omnia fecit ad subvertendam potestatem familiae O'Connor, tunc regnantis in Connacht. Sed gens O'Connor post bella diuturna praevaluit. Thomas O'Connor, eiusdem stirpis, archiepiscopus Tuamensis, annis 1250/79 omni modo dioecesim Enachdunensem studuit suppressere, nec ullum episcopum ibi toleravit. Ideo probabiliter nostri episcopi erant meri „candidati“ Anglorum, nec umquam sedem suam occupaverunt, et in Gallia exules occubuerunt, quod insertionem eorum in varia necrologia ibidem explicat.

<sup>40)</sup> P. L. IV 414

<sup>41)</sup> ibid. XI 222



Litteratura: HUGO II 213 — WAEFELGHEM 261 eum sequitur, et insuper confundit cum abbacia Dunbrothy O. Cist. — ARCHDALL 283/84, 798 — MORAN ARCHDALL II 206 — C.D.I. 225, 234 — D'ALTON H.A.T. 87, 210 — GRATTAN FLOOD 627 — KIRKFLEET 154 — KNOX 274 — O'CONNELL 245 - P. L. IV/IX, XI, XIII - POTTHAST 12534 (cf. BERGER, *Reg. Innoc. IU* 2737, 4121) — PRESSUTTI, *Reg. Hon. III* 5898 — THEINER 47 — WARE 110 — WARE HARRIS 272 — Taxatio p. 234

Series abbatum

Thomas O'Malley 1227/47 (dein episc. Enachduensis, † 1250)	(Theiner, ALC)
Mauritius —1400	P. L. V. 289
Thomas O'Malley 1 <sup>o</sup> 1400—	ibid.
Dermit Yconcuayr (O'Connor) —1423	P. L. VII 285
Patrick Odubaig (O'Duffy) 1423/28 (antea sac. saecularis)	ibid.
Thomas Omallayd (O'Malley) 2 <sup>o</sup> —1434, depos	P. L. VIII 520
Mauritius Mc Eadagan O. S. A. 1434—40	ibid.
Patrick Odubaigh O. S. A. 1440—44, res.	P. L. IX 128, 513
Joannes Omeallayd (O'Malley) intrusus duobus annis	ibid.
Eugenius Mac Egan O. S. A. 1445/55	ibid.

LOCH CE Smae. Trinitatis

(id est: Lacus viri dicti Ké, sacerdotis cuiusdam pagani) — Insula Smae. Trinitatis de Loch Qyu, Loch-, Loc-, Lach-, Louchque, Locce. — Anglice: Lough Key, Lough-, Loghkee, -kie, -kea. Holy Trinity Island. — In catalogis fere omnibus occurrit sub voce Loke.

Amoene sita intra fines parochiae Kilbryan (Co. Roscommon, Dioec. Elphin) in insula in medio lacus eiusdem nominis. In alia insula eiusdem lacus erat abbacia O. S. A. (Church Island, Inish Mac Nernin), Stae. Mariae dedicata, cum qua saepius ut v. g. b. Archdall, confunditur canonia nostra.

Abbatia totius Circariae celeberrima. Loco eius fuisse monasterium celticum iam tempore Sti. Columkill, videtur esse certum. Inter annos 1216 et 24 Ordini nostro traditum est ope Clari Mc Mailin, de quo vide supra in praefatione. Filia Praemonstrati, initio, ut videtur, prioratus. Ditavit hanc canoniam potens familia Mac Diarmada (Mc Dermot), in cuius dominio erat sita. Clarus tradidit suae foundationi varias ecclesias incorporatas, inter quas Loch Uachtair et Ath Muige certe, Cill Raiss vero, Cill na Trinoide et Rinnduin forsitan erant prioratus et domus

vere formatae („cellae“). In dioecesi Elphinensi ecclesiae parochiales a canonia administratae erant septem<sup>42)</sup>. Incorporatae et ad tempus administratae erant Mynbrig sive Sligo „Inter duos pontes“<sup>43)</sup>, Geewagh et Kilvegond<sup>44)</sup>, et Killadoon<sup>45)</sup>. Clarus fundator, qui anno 1251 in abbatia est sepultus, videtur eam direxisse quidem, sed probabilius non erat abbas, ut supponit O'Connell p. 253. Taxatio anno 1302: 40 sh. („Lochque canonicorum“). Valor monasterii anno 1427: 24 marcae. Mensa abbatialis, quae erat separata, anno 1421 valebat 15 marcas<sup>46)</sup>. De praeclaris Annalibus de Loch Cé vide supra inter Fontes. In ecclesia abbatiali erat peregrinatio ad celebrem quandam imaginem B. M. V., quae adhuc saeculo XIX videre erat in ruinis, interea autem ablata est. Secundum ALC, abbas Magnus Mc Donnchada († 1504) fautor erat egregius artis et litterarum. Philippus O'Daly poeta, et canonicus Ordinis nostri, qui exeunte saeculo XV scripsit poema de Sancta Margareta<sup>47)</sup>, forsitan pertinuit ad hanc abbatiam. Dum Rory Mc Dermot, qui seipsum fecerat abbatem commendatarium, esset potestatem habens in regione (1548—68), canonia damna passa non est, sed circa annum 1585 videtur esse suppressa. Anna 1594, cum bonis suis concessa est Roberto Harrison, pro Libris 26/12 annuatim reddendis. Qui tamen videtur usumfructum quietum non esse adeptum, quia Hiberni, duce familia Mc Dermot, et Angli multimodis de possessione huius pagi dimicaverunt. Anno 1599, Mc Dermot, dux Hibernorum, corpus cuiusdam proregis Angli, in pugna necati, misit „ad sepeliendum ad monachos Smae. Trinitatis de Loch Cé“. Anno 1608, canonia iterum, et quidem definitive a rege est alienata. Hodie videntur ibi ruinae ecclesiae et monasterii, hedera coopertae omnino, et ad quas difficilis est accessus.

Litteratura: HUGO II 983 — WAEFELGHEM 264 — Passim occurrit in AFM, AConn, ABoyle, et in ALC ad an. 1231, 1234, 1235, 1236, 1237, 1239, 1242/45, 1247, 1249/51, 1270, 1284, 1291, 1294, 1307, 1309, 1343, 1355, 1448, 1466, 1504, 1566, 1568, 1577, 1578, 1599 — ARCHDALL 41 — ARMSTRONG 87 — *De Annatis* I 250 — COTTINEAU 1660 — J. B. CULLEN, *An Unvisited Irish Abbey*, in: *The New Era* 17/VI/1899 — D'ALTON, *History of Ire-*

<sup>42)</sup> Royal Visitation Book, Trinity College Dublin (de anno 1615)

<sup>43)</sup> P. L. IX 133. Vide infra sub Dubiis „Sligo“.

<sup>44)</sup> *Fiants Eliz.* 5877

<sup>45)</sup> AFM ad an. 1504, item ALC

<sup>46)</sup> P. L. VII 193

<sup>47)</sup> R. FLOWER, *Ireland and Medieval Europe* (London 1927) p. 21. Poema istud habetur inter Egerton MS 1781, f. 49b (Brit. Mus.). Cf. *Catalogue of Irish MSS in the British Museum* II, p. 531

land, Dublin 1845, I 141/43 — *Fiants Eliz.* 1724, 5070, 5877 — GOOVAERTS IV 167, 181 — GRATAN FLOOD 627/28 — KIRKFLEET 154/58 — KNOX 274 — LYNCH II 300/02 — O'CONNELL 245/47 — P. L. voll. II, IV, V, VII/IX, XI cf. ind. In voll. nondum impressis: XIII 89, 179, 180, XIV 72, 107 — THEINER nr. CCCXCI — P. WALSH, *The Annals of L. C.* in: *I. E. R.* 1940 pp. 113 sq. (Cf. R. FLOWER in *Revue Celtique* XLIV (1927) pp. 339/44) — WARE 228 — WARE HARRIS 272

Series abbatum

Mattheus (Prior)	† 1235	A. F. M.
Gilla Iosa Ua Conchobhair (Gelasius O'Connor), postea episc. Elphinensis	1260/85, † 1296	ALC, AConn
Edruth Mc Craith	† 1291	ALC <sup>48)</sup>
Cathal Ua Conchobhair (Carolus O'Connor)	—1307, 1310—43	Theiner 180/81, ALC <sup>49)</sup>
Matthaeus	ante 1381	P. L. IV 246
Macharias (antea abbas in Tuam)	1381—	ibidem
Matthaeus	—1397	P. L. V 23
Cornelius Mc Buassaid	1397—	ibidem
Congall	depos. anno 1421	P. L. VII 193
Thady Mc Diarmada O. Cist. monachus de Boyle	1 <sup>o</sup> an. 1421 de facto 1427 resign. 1428	P. L. VIII 50/52 De Annatis I 250
Rory O'Carraid	1428—42	P. L. VIII 50/52

<sup>48)</sup> In ALC ad annum 1291 tantum dicitur eum fuisse abbatem in Loch Cé, sed non dicitur de quanam canonia. Probabiliter tamen erat abbas SS. Trinitatis.

<sup>49)</sup> Abbas iste conatus est anno 1307 adipiscendi episcopatum Elphinensem per electionem, ut videtur, subreptitiam. Quae electio anno 1310 a Curia Romana declarata est invalida, et Carolus reversus est ad sua. Res ista tunc temporis multum fecit rumorem, cf. praeter fontes allatas AFM, P. L. II 70, *Annals of Clonmacnoise, Cal. Pat. Rolls Edw. II 1307/13, pp. 213, 295 et Cal. Fine Rolls* ibidem 77/78.

## Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Mauritius Mc Donnchayd	1442—44, de- pos.	P. L. IX 429 <sup>50)</sup>
Thady Mc Diarmada 2 <sup>1</sup>	1444, obiit eodem anno	ibidem, et Archdall 620
Magnus Mc Donnchada <sup>51)</sup>	1444—1504	P. L. IX 429, XIII 179, ALC
Rory Mc Dermot, laicus commendatarius insimul prior in Loch Uachtair	1548—68	ALC
Bernardus O'Beirne	1660/68	Grattan Flood <sup>52)</sup>

